



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 119. Lautrecus a Rege minus benigne exceptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Matrem , ejusque avaritiam rejicitur , Secul. XVI.  
quæ utpote Lautreco Galici exercitus A.C. 1522.  
Duci infensissima hasce pecunias a Ja-  
cobo de Belna Semblancaiensi Toparcha  
ac Regii ærarii Præfecto repetiit.

§. CXIX.

*Lautrecus a Rege minus benigne  
exceptus.*

Utut res se habuerit , id certum est ,  
Lautrecum nonnisi ægerrime a Fran-  
cisco Rege ad alloquium fuisse admissum ,  
tandem vero prævalente Connestabilis  
auctoritate ad plenum Senatum intro-  
ductus , coram Rege imperterritate com-  
paruit. Increpabat Rex ante omnia Lau-  
trecum , dicebatque , benigno Regis a-  
spectu indignus est vir , cuius culpa no-  
bilissimus Christiani orbis Ducatus est a-  
missus. Ne id quidem , reposuit Lautre-  
cus , diffiteor , Rex potentissime , hujus  
tamen jacturæ caufsa unica extitit Re-  
gia tua Majestas ; nam integro sesqui-  
anno exercitum tuum nullo accepto sti-  
pendio alui , cum vero Helvetiis æs mi-  
litare non solveretur , ab eis compulsus  
Bicocanum commisi prælium , de fini-  
stro ejus exitu , hostisque victoria pro-  
be præscius , ast ab Helvetiis pugnam  
inire coactus fui ; secus enim signa de-  
seruissent. Rex hoc sermone stupefa-

**Sæcul. XVI.** ctus respondit, quod quadraginta aureo-  
**A.C. 1522.** rum millia pro stipendiis exercitui suo  
 solvendis transmiserit, cui protinus re-  
 posuit Lautrecus, sibi quidem hujus  
 summæ spem datis literis fuisse factam,  
 nunquam tamen pecunias accepisse. Ad  
 hæc Rex ira commotus Semblancaium  
 accersiri jussit, ut de quadringentis mil-  
 libus aureorum, quos ad exercitum in  
 Italiam mittere debebat, rationem red-  
 deret. Hic ingenue rem fassus, hanc  
 summam, inquit, eodem die, quo Me-  
 diolani numeranda constituebatur, Re-  
 gina retinuit, ut exinde pretium ferret,  
 quod tum ex pensionum & congiarii ti-  
 tulo, tum ex Valesii, Turoniæ & An-  
 degaviæ ducatibus, qui hæreditaria  
 illius portio erant, eidem debebatur, cum  
 vero eidem exponerem, quod hoc pa-  
 cto Regni ærarium exhaustiret, illa ex-  
 cidiū mihi minitata est, nisi ejus vo-  
 tis satisfacerem, simulque fidem fecit,  
 satis sibi auctoratis esse, ut me ab om-  
 ni periculo immunem redderet; sola e-  
 nim ejus apocha tutum me fore aje-  
 bat (\*).

**§. CXX.**

(\*) Ægre admodum hæc cum illis, que  
**§. CVII. & CVIII.** relata fuere, conciliari po-  
 terunt; si enim pro Helvetiorum stipendiis ha-  
 pecuniae fuerunt missæ, ac jamjam Aronam us-  
 que